



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Caput II. Iudicium libri præmittitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

disseminarentur, & à primoribus Ordinis vestri, ut ab amicis certior factus sum, Eminentissimis Cardinalibus, quasi reportata victoriæ trophæum porrigeretur; uno verbo, cum ex Romanis literis accepissem, eò causam istam, vestrorum artibus & auctoritate adductam esse, ut de promulgatione decreti desperatum esset, sustinendum ultra non duxi, ne veritatis & iustitiæ causa in discrimen adduceretur. Et ne vasti operis lectio vestros oculos fatigaret, vel crassioris libri editio longiorem moram & procrastinationem afferret, aliquot iustæ expostulationis capita apprimè considerata præmittere volui, quæ si vobis fortè arriserint, indè animum mihi facietis, integram & iustam vestræ Bibliothecæ refutationem publicandi. Hæc unica & germana fuit hujus scriptiois causa; hunc mihi dumtaxat finem proposui; ut brevem & iustam de vobis & auctore vestro expostulationem vobis ipsis, aliisque, quibus hujus Bibliothecæ copiam fecistis, palam exponerem, ne fortè, quod nonnullis satis familiare est, ex Jesuitarum silentio, publicam & legitimam totius operis contra illos editi approbationem duceretis. Iustam autem querelam, vel expostulationem esse, nullus, opinor inficias eat. Summa pax erat & tranquillitas; & licet multiplicem Jesuitis expostulandi occasionem identidem præberetis, sustinebant tamen, & studio pacis, taciti concoquebant, ne vel aliquid excideret, quo Christianam & Religiosam pacem interturbaret. Multa enim, ut scitis, in librorum editione, confixione, vectura, per summam injuriam à vobis patiuntur, non sine probris aliquando & convitiis, quæ pro bono pacis, hucusque toleranda & dissimulanda esse duxerunt, nec multa scribendi materiæ deerat, & satis opportuna occasio affulgebat; damnatis enim Jansenii erroribus, quantum indè ponderis atque momenti Jesuitarum causæ accefferit, vestræ verò subdugum sit, probè sciunt, quotquot in secretiora Theologiæ adita penetrarunt: aderant & jam alia incentiva, quæ fortè infra commemorabo, ne quid reticeam, quod ad certam & indubitatam hujus expostulationis iustitiam conducatur. Ceterum ita vobiscum agam, ut stylum Christianum & moderatum esse agnoscat: nullo calamus felle atque veneno, sed mero iustæ & moderatæ defensionis succo imbuetur; non sine admixto christianæ charitatis & modestiæ lenimine: nullum mihi convitium, vel acrius verbum excidet; sed id potissimum enitar, ut suus veritati sit locus, sua iustæ causæ defensio, & tandem mundus agnoscat, an iustam vobis expostulandi occasionem Jesuitæ præbuerint, an vos illis potius præbueritis.

CAPVT II.

Judicium libri præmittitur,

Censoris hoc loco partes non ago; quia tamen hæc vestra Bibliotheca scribendi causam mihi præbuit, quid de libro illo iudicem, saltem indicare, mei munus esse videtur: verbo dicam, hic Liber sine approbatione & cum manifesta fraude ac fictione editus in locum fuit; nihil in eo conspicuum, præter insignem maledicentiam & luculentam convitiæ esse video; materiam verò incompositam, rudem & indigestam molem, inconditam rerum farraginem, crambem receptam; nullam argumentorum vim, nullum rationum robur atque momentum, nullum

nisi chartæ & quadruplicis voluminis pondus: denique jam sæpè ac sæpius ad nauseam discussa, ita & disputata, nec alio fine accumulata & congesta, nisi ut latior campus convitiis vestris pareretur: nam illa quatuor majorum voluminum mole Jesuitæ duxi posse credidisti, qui tamen librorum molem tantum, sed rationum pondus; saltem ad ostentationem aliquid conferet, & fucum simplicioribus sciendum.

Quancum, ni fallor, grandem illam molem dumtaxat sine erexistis, ut prolixiorum epigrapharum sustineret, quam ex selectis convitiis & calumniis, & hisque hujusmodi rerum & verborum aduentu Jesuitas, elegiis contexere voluisset. De forma ducta nihil dicam, quia nihil nisi informe aspicitur: nullus hic rerum ordo, nulla series argumentorum, omnia perturbata & incompota; innumera ritia scholasticæ; stylus demum plusquam barbarus: non lem fortè esse pat erat, ut dictiois barbaries, minus urbano & parum humano consilio serviret, ut acutius Jesuitas exciperetis, nihil molle, nihil planum aut tersum in stylo, nihil gratum & amicum in dictione habere voluisset. Hoc igitur meum de vestra Bibliotheca iudicium esto. In hoc libro, indigesta materia, informis forma, stylus barbarus, sententiarum lumina, sed æternæ convitionis calumniarum tenebræ, nulla prorsus nisi aculeorum acumina, omnia demum verborum eluvie & calumniarum livore fœdata.

CAPVT III.

Pax frustra turbata.

Ubi tantus quatuor voluminum apparatus, quo præcurrens fama, longè majora spectata in meam cognitionem venit; cogitare primum topi & mecum ipse reputare, prudenter fieri non potuisse, ut sine gravissimis rationum momentis duxi na pax à Thomistis turbaretur, & antiquum bellum restauraretur; certi sunt, inquit, victoriam, incertum hostem & incogitantem aggrediantur: nova lux demonstrationis haud dubiè is affuit, sive ad propriam sententiam adituendum, sive Jesuiticam destruendum; alterutrum enim latè videbatur: nihil tamen cogitanti mihi occurrit, quod facile à me reselli non posset. Ubi autem Bibliothecæ vestræ copia mihi facta esset, & omnia diligenter lustrassem, timore in admirationem converso, vix oculis meis habui fidem: hæc enim, inquam, est illa Bibliotheca, novis argumentis illustrata, quæ ultimum Jesuiticæ doctrinæ exequium altitudo esse videbatur; in qua tamen nihil novum præteritulos, & rerum farraginem, & convitiis omnis generis eluviem reperio. Hac de re vobiscum expostulabo. RR. PP. Pax enim frustra turbata non debuit, nec antiquum bellum restaurari, nisi aliqua spes victoriæ vobis affulgeret; imò tanta voluminum mole equum non erat, cum res paucis confici & expediri potuisset, nempe jam ferè à sexaginta annis, tria volumina argumenta contra physicam vestram prædicationem, à Jesuitis proposita fuerunt, quæ reverè dissolvere potuissetis, nihil turbarum amplius, nihil dissolutionis superesset: primum à libertate hominis perit, quam prædeterminationis vestrae medio tollitur, antecedentè ut vocant, necessitate inducitur: secundum